


PUlcrum thesaurum Themidis deponis in
æde,

Dum de Deposito verba diserta facis,
Illum Diva Tibiventurô tempore reddet,
Qvando metes studiis præmia digna Tuis.

MICHAEL VVALTHERUS,
P. P. b. t. Acad.

RECTOR.



Dum de DEPOSITO, Doctissime & Politissime MARTINI,
juxta principia Juris Prudentiae Romanae ex Cathedrâ disputabis,
merito graulandum est & nostro Istorum Ordini Cui nunc iam beato
esse licet, ut multi in gurgite nostrae Artis vastissimo nantes appare-
ant, qui brevi in puppis edebunt & clavum tractabunt: Et Tibi quoq;
Vir Juvenis Amice, qui ad Scholas Juris Antecessorum sine cuncta-
tione invisens longam Tibi Juris comparasti supellecilem, vi cuius in
Themidos suggestu consistere nunc non reformidas, & quod vanè non
auguror, virum Te præstabis, in eog; multum laudis mereris, quod
tuas de Jure exercitationes ita ordinas, ut omnem diligentiam, ad
sedandas, non inflammandas juris quæstiones, vertas, ut spes sit cer-
tissima, Te in fora delatum non altercaturum, nec ingenium ostén-
taturum, nec Magistratui oblocuturum; sed vocis exasciatæ confi-
sum munimine spem laborantium & querulantium, vitam & poste-
ros unicè defensurum esse. Scias hoc velim, quod Juris Prudentia

C 2

nostra